



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Ivdicivm Philippi Melanthonis De Controversia Coenae Domini

Melanchthon, Philipp

Ratisponae, 1560

VD16 M 3533

Annotatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29449**

## ITEM SVB FINEM CONFSSIONIS

**S**imili ratione Sectarios non iuuabit, q̄ multa garrunt de spiritali māducatione corporis & sanguinis Christi in Cœna, de charitate & vnitate Christianorum inter ipsos: Quæ aliud nihil sunt, q̄, folia fici, quib. Adam & Heua peccatum & turpitudinem suam celare studebant, & ornare. Nec magis iuuabunt, multi & magni labores ipforum, quos docendo, scribendo insumperunt, morum grauitas, castimonia vitæ. Quæ gentilib. adhuc communia sunt. Ad hæc frustra est etiam, q̄ Deum Patrem, filium & Spiritum Sanctum, & Christum saluatorem credunt, frustra, inquam, sunt omnia, cum omnib. insuper alijs articulis, quātumuis recte, citra errorem eos assumunt, vt loquitur Psalmus, per os suum impium & blasphemum: Dum vnum hunc articulum negant et impugnant, quo Christus de pane Eucharistiæ inquit: **ACCIPITE, EDITE, HOC EST CORPVS MEVM, QVOD PRO VOBIS TRADITVR.**

### ANNOTATIO.

Hæc ipsa iam est recentium Cinglianorum perpetua oratio, cōmendare vsu huius Sacramenti, communicationem spiritualement cum corpore Christi, vnitatem Ecclesiæ & concordiam: Discipulorum vna oratio est, & gloriatio, narrare dona magistrorum suorum, merita in Ecclesiam, doctrinæ synceritatem: De quib. hîc habes, quid Lutherus respondeat.

**F I N I S.**